



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De gallina, cuius viscera versa sunt in bufonem, cap. 86

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

comedere, quia de furto est; respōdit diabolus: Nequā quā, de domo enim patris tui tuli illū. Tūc virgo: Nō poteris negare quin rapina sit; tolle anserē velocius & restitue vbi rapuisti. Videns ille nihil se proficere, feminis videntibus auem leuauit, & ruguriolo, vnde eā rapuerat, restituit. Testata est familia domus patris eius, magnum se, inter reliquos anseres, audiuisset clamorem & strepitum, & cum præfatum anserem tolleret, & cum eundem loco suo restitueret. Dicam tibi adhuc duo exempla, per quæ scies qualiter diabolus eos, quos per desiderium carniū superet, terreat, & confundat.

## CAPVT LXXXV.

*Visti hac  
tentatione  
& confusi*

**C**onuersus quidam, sicut audiui à quodam viro religioso, carniū desiderio tentatus atque superatus, cū illas requirere erubesceret, sicut nec licuit, die quadam assaturam sibi præparatā, cellario intulit, & comedit: erat enim officio Cellarius, & de ordine Præmonstratensi. Permissione Dei diabolus, quia aliud facere non potuit, gulosum illū rapuit, & in tecto campanilis in modum vestimenti sparfit. Vbi cūm hæreret, vel potius à diabolo sustentaretur, cui datus fuit ad terrendum potius, quam ad occidendum, clamauit validè, fratrum auxilium implorans; quem ibi hæere cernentes, causamq; ignorantes, satis mirati sunt, & turrim cum festinatione ascendentes, per foramen illum retraxerunt.

## CAPVT LXXXVI.

**N**ON est diu, quòd quidam ex monachis Prumiensibus, feria tertia ante cineres, in domo cuiusdam secularis sacerdotis conuiuentes, diuersas carnes cum vino exquisito vsque ad mediā penè noctem comederunt. Et cū saturati essent nimis, in ipso galli cantu, sacerdos vocās scholarē aduultum, nomine Ioannem, quem ego bene noui, dixit: Certè adhuc comedemus, vade affer nobis gallinam, quam inueneris in pertica iuxta gallum sedentem, quia cæteris pinguior esse consuevit, & præpara nobis. Quam cū strāgulasset, & ventre aperto, manuq; imposita, cū

cum se omnia intestina eius simul ejicere putaret, maximum bufonem extraxit; cuius motum cum in manu sensisset & projecisset, vidissetque quid esset, repentino suo clamore omnes aduocauit. Videtes gallinae intestina in bufonem versa, confusi à loco cõuiuij recesserunt, intelligentes opus esse diaboli. Hæc mihi vnus fratrum illorum, qui interfuit & vidit, recitauit. APOLLONIVS: Magis me tentant pisces, quam carnes, quia istis mihi vesci licet, illis non. CAESARIVS: Puto te recordari cum filijs Israël piscium, quos comedebas in Ægypto, id est in seculo. APOLLONIVS: Non possum quandoque non recordari. CAESARIVS: Ad memoriam mihi reuocant pisces isti, magnam quandam nequitiam cuidam incluso à diabolo factam.

## CAPVT LXXXVII.

**R**ecalit mihi frater Godeschalcus de Volmunteine, quòd die quadam diabolus fratri Hermannò incluso de Arnisberg, in specie hominis sibi noti, scutellam attulit cum piscibus: ille, eo quòd adhuc manè esset, dixit vt poneret & recederet. Tempore quo erant preparandi, in disco, in quo prius nihil esse videbatur nisi pisces, stercore reperta sunt equina. APOLLONIVS: Puto eundem virum religiosum pisces desiderasse, & pœnam eiusdem peccati, illusionem fuisse diaboli. CAESARIVS: Hoc satis probabile est. Per hoc etiam, quòd filij Israel cum carnibus & piscibus desiderauerunt cepas & allia, recordor cuiusdam periculosa tentationis, in qua quidam pœnitens per allia cecidit.

*Inclusus  
per pisces  
à diabolo  
lētatus.*

*Num. 11*

## CAPVT LXXXVIII.

**D**væ cognationes militum sunt in Episcopatu Colonienfi, tam multitudine, quam diuitijs, & probitate fortes satis atque magnanimes. Ex quibus vna illarum de villa Bacheim originem ducit, altera de villa quæ Gurzenich vocatur. Erât autè inter eas quandoque tam validæ & tam mortales inimicitia, vt tunc temporis à nullo hominum, siue Episcopo ipsorum domino possent sopiri, sed quotidie rapinis, incen-

*Allijs qui  
dam tenta-  
tati.*